

A omnia, quae habere potuit, indigentibus dedit: & constructo xenodochio, egenorum aegrotantium ministrum se fecit.

BERNARDUS DE QUINTANA ALLE, Beati Francisci in terris olim laborum socius fuit. Ab illius oculis, veluti duabus lucidissimis stellis, miri splendoris radios promicare in visu conspexit.

HUMILITATEM OSTENDERE, QUANDO. UBI. IN Pompa, Triumpho.

HERACLUS Imper. victis Persis Hierosolyma adiit, ac Crucem & Patriarcham Sedi atque honori suo restituit.

GODOFRIDUS BOLIONUS, receptis Hierosolymis, ob virtutem a Latinis proceribus rex dictus, coronam auream in eo loco gestare voluit.

FRANCISCUS Minorum pater cum fratribus posita mensa recumbens, & mensuram lectorem de virginis puerperae in Bethleem hospitantis angustia mentionem facere audiens, continuo coniurgens, humi reledit.

LAURENTIUS MEDICES in supremis vitae momentis cavuit, ne plurimum civili pompa funus efferretur.

PETRUS LAURETANUS, qui multa contra Philippum Vicecomitem terra marique pro Venetis edidit praecleara facinora morbo contempnit, ut ipse testamento mandarat, nudis calcibus, faxoque ad caput constituto, sine ulla funebri pompa, patris comitantibus, ad Helenae aedem elatus est.

ADRIANUS TURNEBUS, Graeca lingua in Academia Parisiensi Doctor celebrissimus, abique omni funeris pompa effreni voluit.

Veniens in lucem hanc saepe sine: sic sine saepe Ad veram lucem quemque redire decet. Hunc cinerem cineri mandate: At credite mentem Ad patrem lucis, qui dedit, ire Deum.

Memorable id fuit in serenissimo Alberto Austriaco Belgarum Principe, quod quamvis foret Caesareo stemmate & indole, patriae suae & Provinciarum Belgarum amantissimus, non tamen ultimum defuncto sibi Mausoleum exstrui iussit, sed ex vias corpulenti sui inferri tumulo in aede D. Gudulae abique pompa.

DOCUMENTA ET APOPHTHEGMATA.

Ex orat. senebræ de eodem habitus per L. Beyerli, Antver. E. pia.

Nunc eorum dicta, & documenta in medium proferantur, qui humilitatis decus amplexi, & a iactantia vitio remoti, eam ceu virtutum albumam, veramque custodem, toto conatu lectati sunt; qui tantum majores in conspectu Dei apparere, quanto se apud homines reputant minores.

At quanta humilitatis vis sit & efficacia, non minus pie quam acute Fr. Agidius, comes sancti Francisci, hoc similiter explicavit: Humilitas, inquit, ubi fulminis instar esse videtur, quod ferit quidem, sed nulla post se sui vestigia relinquit.

At quanta humilitatis vis sit & efficacia, non minus pie quam acute Fr. Agidius, comes sancti Francisci, hoc similiter explicavit: Humilitas, inquit, ubi fulminis instar esse videtur, quod ferit quidem, sed nulla post se sui vestigia relinquit.

O Deus! o quis istius vita est humana periculis Subdita! quis tali vici ab hoste necem? Quoquo oculos verto, subveni discrimina mille, Tensa anima cerno vici a mille meae.

Admirabatur summam sancti Hugonis Lincolnien. Episcopi humilitatem Goulielm. Lincolnien. Cancellarius; ac dubitare coepit, num qua mentem eiusdem attingeret elatio, dixitque: Domine, sanctus Martinus leprosum osculo sanavit, cur & tu leproso, quos osculari, non sanas?

Quin tantoperè priores illos miramur? Ipse Gregorius ad supremum honoris apicem praeter voluntatem euectus, & ductus & factus in tanta dignitate humilitatem servavit maximam, ita ut aliis de praecleara testimonia ferentibus diceret scriberetque: Ego nihil sum aliud, quam servus servorum Dei.

Sanctus IGNATIUS LOJOLA, summa spectantibus, ab imis suadebat incipiendum: neve altum iaperent, sed humilitate sibi viam ad excelsa munitent: dicebat autem; Tum demum edificium stare poterit, si humilitatis fuerit fundamentum constitutum.

FRANCISCUS BORGIA quoque virtutum omnium & humilitatis potissimum cultor, quo die Hebdomadis majoris Christum discipulorum pedes abluiturum Ecclesiae recitavit, ad Tyrone verba faciens: Nullum, inquit, hodie in mundo locum reperit. Sextum enim jam annum ad Iudae pedes illam mihi fingebam; nunc dum Christum atentè considero nisi advolatum, lavare, tergere, osculari, nullum mihi inde expulso relictum video locum.

Quin & de eodem meminit praefatus auctor, quod, cum in

A in Praeposito generalem aditus esset, electores collegas suos obnixè rogavit, se orationibus & consilio juvarent.

Nunc ancillarum Christi humilitatem referamus: eo enim nomine de digna dumtaxat reputabat Dei genitrix; ab Archangelo namque saluta; & Altissimi maris nuncupata, nullatenus eo titulo elata fuit; sed innatam humilitatem professata, Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Graecharum stirpe nobilis S. Paula, humilitate nobilior, cum omnibus propter Christum exuta, hominum tamen aculeos evadere non posset, seque stultam a pluribus reputari intelligeret, in hanc vocem erupit: Theatrum facti fumus mundo, & angelis, & hominibus: nos stulti propter Christum, sed stultum Dei, sapientia est hominibus.

Neque fuit ab hac virtute alienus Rom. Imperator, qui cum in cenobio, in quod a filiis dominandi libidine accensus fuerat demissus, argueretur a fratribus, quod domum mundaret, respondisse fertur: Luculentius regnat, qui servorum Dei humilitatis delectat, quam qui potentibus mundi peccatoribus imperat.

Latiis regnes, avidum domando Spiritum, quam si Lybiam remotis Gadiibus iungas, & uterque Pannos Servatis uni.

Sed & iunctissimi Caesaris Caroli V. in signo ad humilitatem documentum est. Postremo ejusdem ex Germania recessu, cum Ulisingae ventos navigationi propitios expectaret, factum, ut cum Seldio Ferdinando statim Legato in seram noctem de rebus seriis ageret, Jam & nox & lumina somno postulabant, signoque nola dato, nullo è ministris somno vinoque se pulvis accurrente, ipse Carolus candellam arripit, Seldio quoque modo renitentem praefert: Eique per gradus ad quietis locum deducto, Hoc tibi monumentum, ait, Caesaris illius Caroli habeto Seldi, tot exercitibus & satellitibus quondam stipati, quem nunc solum, & a familia etiam desertum vides; & cui tu tot annis servivisti, ille tibi servit, & lumen praestat. Quid hoc Principe humilis: quid modestus? Sanè

quo fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes, Hoc fe supprimere magis felicem decet. Cythr. Orat. de Carolo 3.

DE HUMILI SUI AESTIMATIONE.

Vide pleraque in loco de Honore. Tit. Honoris contemptus.

Subjiciamus magnae hinc virtuti suum effectum, qui est contemptus sui. Humilis enim hoc loco superbus (ut habet Bernardus, Serm. 16. in Cant.) quod laudes contemnit.

Subjiciamus magnae hinc virtuti suum effectum, qui est contemptus sui. Humilis enim hoc loco superbus (ut habet Bernardus, Serm. 16. in Cant.) quod laudes contemnit.

Quis Evangelici Centurionis humilitatem pro merito admiretur, quam ipse Salvator noster tantoperè admiratus perhibetur? Miserat quippe ad eum amicos, seniores Judaeorum, qui super infirmitate filii deprecarentur: per quos etiam dicens Domino, Veniam & curabo eum, ipse responderit iussit: Domine, noli vexari: non enim sum dignus, ut sub teclum meum intras; propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te; sed die verbo, & sanabitur puer meus.

Sanctus PETRUS APOSTOLUS quoque conspiciat se ad Domini praecipitum conclusisse multitudinem piscium copiosam; procedens ad genua ejusdem, aiebat: Exi a me, qui homo peccator sum, Domine. Luc. cap. 5. Quid de S. Francisco dicemus quem, dum rogabatur, quam

de se ipso opinionem conciperet, respondisse tradunt: Maxime peccatoris; inferentique alteri, rita ipsam conscientia id asserere non posse, inquit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia profectus, arbitror sanè, quod multo me gratior existisset. Sur. tom. 5. in Vita, & Bonavent. c. 5.

S. Zenonis comiti F. Francisci, id unum curae, sui magistri praeviti insisteret vestigiis. Rogabatur aliquando: Quidnam agis pater? ille: Vix quidquam, nisi malum; at, Quo pacto, ait alter, cum sis Minorita? quem iteratò compellens Agidius, Uter, inquit, paratior est: Deusne ad dandam, an homo ad percipiendam gratiam? Dicente illo, Deus proculdubio ad dandam. Ergo, subintulit, videntur me vera dixisse, malè me facere, qui Dei gratiam etiam paratam non semper recipiam; nec in ea, ut par est, ambulem? Sur. in Vita tom. 7.

Utebatur religio quodam consultore Ludovicus Tolofanus Anulles, priusquam sacro ordine & habitu S. Francisci esset initiatus: dumque maturè cum eo deliberaret, & humilitatis sibi vestigia praerigeret, tandem ita orsus: Scio, nihil tam gratum Deo, quam si vite merito magni, tamen non magni, sed humilitate infirmi videamur: cum tantò quis Deo fit pretiosior, quanto propter eum est vilior sibi.

Sylvanus Episcopus Trojanus, erat etiam vir sanctissimus qui admiranda à Deo orationis virtute impetraverat. Et ecce importunè eum sollicitant incolae, ut navem onerariam, quae immobilis permanebat, in mare suis pedibus deduceret, Ille humili vultu voceque, quasi indignabundus, Absit, inquit, à me, qui peccator sum, istud postuletis: neque enim id attendere est mearum virium, sed justis alicujus. Ita humiliter de se sentiant veri Dei ministri, quo inanis gloria inquietos stimulos evadant. Tripert. hist. lib. 12. c. 8.

Priores illos minus admirabitur, qui mentem oculoque in Francicum Borgiam coniecerit. Venerat de via fessus, & hospitium extra oppidum subire compellitur, ac in illo stramineum thorum: accubabat cum eo Bustamantius, qui tota nocte imprudens emissio phlegmate (laborabat enim tussis) collegam foedabat. Primo diluculo, comperito quod res erat, veniam precatur; cui humilis pater: Non est quod ex te labores: nec enim dignior usquam me locus ipso atepi aut foedari potuit. In vita ejus d. lib. 4. c. 5.

Idem acceptat impossibilem quendam triremibus adductum, quod se Francicum Borgiam simulasset, jactassetque: quo intellecto: Si, ait, triremibus addicitur, qui meum nomen sibi vendicat; quid de me fieri par est, qui non inane nomen porto peccatoris? Ibid. c. 1.

Et quoniam juxta B. Chryso. is qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis fastigio tumoris fondere cadit: providè SS. Pater instituerunt, ut in coronatione sua Rom. Pontifex conditionis suae memoriam refricet, neque supra se nihil emeretur. Ideoque cum deducitur ad templum S. Joan. in Laterano, sedet in antiqua, vili, & huta sede, eique occurrunt ille versiculis: Sufcitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus, &c.

Item eandem ob causam, jam inaugurato Pontifice, suppa accenditur, & dicitur voce elata, Pater Sancte, sic transit gloria mundi. Denique Feria V. majoris hebdomadae, duodecim pauperibus Rom. Pontifex pedes abluit, eos excolatur, eisque vestes novas largitur: exemplo Christi, cujus in terris vices gerit, qui discipulorum pedes lavit & extersit.

HIEROGLYPHICUM.

Depositorum genu humilitatis & superiore agnoscentis indicium esse, nulli innouit. Hinc apud Florat. Jus imperiumque Pharaotes Caesaris accepit genus minor. Pier. Valer. lib. 35.

* Hungari. Hunni.

QUI, UNDE DICTI?

H Ungari, qui Pannonii olim vocati, à Bannon Japheto Noe filio prognati, qui anno post diluivum cix. primus hanc regionem incoluisse existimatur, quamvis à Pannonio monte celebri, hoc nomen inditum alii verius arbitrentur;

A tur, dicti perhibentur ab Hunais. Hunni enim anno Christi...

Ceterum anno d. cccc. iterum in Scythia, Hunni irruerunt in Pannoniam...

Eorum Respublica, ordines, dignitates, petantur ex descriptione historica...

Hungarie Reges. Pete ex Loco Magistratus. Tit. Magistratus Chronologicè consideratus.

B Hydrops. Hydropici. Pete ex Loco de Corpore. Tit. Affectus partium corporis, & Hydrops.

Hyems. Vide Hyems. GELU. FRIGUS.

Hymni. Hymno Laudati. Quere Locum de Honore, Tit. Testimonia honorifica, & Hymno laudati.

Hymni Nuptiales. Quere Locum de Nuptiis. Hymnis Deum laudare, & colere. Pete ex Loco de Deo. Tit. Dei cultus.

Confule Tit. de Cantu, ubi de cantu Ecclesiastici usus, Institutione, procmio, & pleraque eo spectantia.

Hymnographi. Vide Locum de Poetis. Tit. Poetarum differentia.

* Hypocritis. Hypocrita.

SIMULATIO. SIMULATORES. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Hypocritis, Græca dictio est, ὑποκριτής & ὑποκριτής, simulo dicitur...

Hebr. Caneph, a verbo Canaph, velans est, nubilus est, obsecutus fuit...

Est autem hypocritis simulatio alienæ personæ, ὑποκριτικὴ, simulo, ago personam...

In Scriptura sancta, & apud Ecclesiasticos Scriptores, accipitur pro ea simulatione...

Hypocrita dicitur, qui in theatro persona vultu superimposita, cum altus fit...

Simulatio pietatis, & pietatis contemptum esse hypocritin, dicit Salom. Prov. 20. 25. & 21. 29. & 28. 13. esse maledicam...

Joan. BAPTISTA: Quum vidisset multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad baptismum suum...

Ex

NATURA, ET PROPRIETATES.

Anton. Panorm. hoc inter gesta Alphonfi Regis Siciliae refert, quod erat inter ejus purpuratos aliquando quartio, cur hypocritæ natura superbi essent...

Sunt hypocritæ, simulatores, tanquam prænunciatores alienarum personarum: sicut in theatricis fabulis. Non enim quæ agit partes Agamemmonis in tragedia...

Bel erat externe pulcherrimus, undique & ære Teñus: at intus erat nil nisi vile lutum.

Qui Cursum simulat, cum sit nequissimus, illum Cur ego non Belem jure vocare queam?

Bel mihi semper erit, qui mixem calidus agnum Finxerit, exasperet cum feriat lupo.

Bel erit, externe tumuli qui candidus inflat, Interius tantum vile cadaver habet.

Qualis hypocrita imperitis innocetis, talis vult ab omnibus astimari; & paratior est mori, quam corripri.

Quid est vita hypocritæ, nisi quædam visio phantasmatis, quæ hic offendit in imagine, quod non habet in veritate?

Hypocritis, est virtutum simulatione clausum vitium abscondere, & arte palliare. Ibid.

VITIUM DETESTANDUM.

D. Chrysologus. Hypocritis subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, sine sanctitatis.

Rursum, Hypocrita, sit licet tibi facies inculca, neglecta cutis, tristis vultus, exterminatus aspectus: nec ab hominibus invenisti laudem...

Hypocrita, elaborasti jejuniis, ut labor ubi jejunii non profecit. Hypocrita, abstinentie stultus intrasti: continentie concensidisti jejunii pelagus...

Qui de Deo creditur humanum negotium percipisti. Fratres, fugiendum est virus, pestilentia cavenda, quæ de remediis curæ morbo, conficit de medicina languorem...

Simulatio pietatis, & pietatis contemptum esse hypocritin, dicit Salom. Prov. 20. 25. & 21. 29. & 28. 13. esse maledicam...

Joan. BAPTISTA: Quum vidisset multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad baptismum suum...

Ex

Ex 1. Epigram.

Μωσὴν ἢ ἀδρα ἢ δῆλον παρρησία, Χρῆσθαι λόγια, πορεύσασθαι τὸν νότον.

Odi virum duplitem natum, Bonum sermonibus, inimicum moribus.

Juvenal. Satyr. 2.

Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundas Tristibus obsecris: castigas surpa, cum sis Inter Socraticos notissima turpia Cynados.

Ibidem.

Hunc ego satis Imputo, qui morbum vultu incessaque fatetur, Horum simpliciter miserabilis his: furor ipse Dat veniam, sed peiores qui talia verbis Herculis invadunt, & de virtute locuti Clunem agitant.

Accilias apud Homer. 10. Iliad.

Ἐξέσθης γὰρ μοι κείνῳ ἴσον δίδωαι πῦρρον, Ὁς ἔχῃ ἄρῳ πῖ ἄδδῃσιν αἰσῶν, ἄλλο δὲ βαλεῖ.

Latine vertebat Amanius.

Is mihi juxta invenis ut ari limina ditius, Qui verbis aliud prociat, quam mente volutat.

APOPHTHEGMATA ET DOCUMENTA ETHNICORUM.

DIOGENES, cuidam sibi placenti, quod leonis exavio reclus ingrederetur: Non tu desines, inquit, virtutis fragulas pudescere: Indecorum esse censuit, quod homo molis, Herculis amicum sibi vendicaret. Idem dicit potestis, qui prodigio amicum profertur vite sanctimoniam, vita non respondente. Dico, dictum extat apud Laert. lib. 6. cap. 2.

ALEXANDER, nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quod alienam ab omnibus deliciis austeramque vitam ageret: Fortis, inquit, Antipater albo utitur pallio, intus vero totus est purpureus: Notans fictam personam amicum, quum ipse alioqui ambitiosissimus. Plutarch. in reg. & imp. Apoph. Vide paulo ante. Achillis dictum est Homero.

Equus Trojanus à Græcis concinnatus, fessellit Trojanos, Cuius Palladis inaginem mentiebatur, inquebat Diogenes; ita etiam hypocritæ fallunt, qui mentiuntur aliam personam quam gerunt. Qui intus est Nero, foris Carus, ait S. Hieronymus, monituum est simile illi Poetico:

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra. Tales sunt: Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

FIDELIUM VETERIS TESTAMENTI ET CHRISTIANORUM.

SAUL divinitus jussus Amalechitas penitus excindere, dicto in eos exercitu, lenius quam pro mandato cum eis agit: deinde reversus cum præda Gilealem, Samuel occurrenti, Benedictus, inquit, esto vir Dei, præstri verbum Dei. Cui Samuel, Quid ergo sibi vult vox precium istarum in auribus meis, & vox ista armentorum, quam ego audio? Refutatis deinde Saulis cavillationibus, & ostensa Dei benignitate, subjeit: An delecatur Deus holocaustis & sacrificiis, ut cum auferatur voci Domini? ecce auferuntur ei melius sacrificio: attendere, & adipe arcent. Quin sciat peccatum divinationis est rebellio, & adipe superstitio & idololatriæ repugnantia: quia speravit verbum Domini, sprexit similiter, ne sis rex. Item Lavavit Dominus regnum Israelis te hodie, ut det ipsam proximo tuo, qui melior est tibi. Nam Atermitas Israelis (id est Deus æternus, & qui æternum de populo tuo usquequaque exhibet, ac proinde in æternum te de regno desicit, & Davidem in firmo decreto evexit) non committet mendaciter, neque penitebit eam: non enim homo est, ut peniteat eum. Vide 1. Reg. 15. c. 1. Reg.

Simulationem pietatis, & pietatis contemptum esse hypocritin, dicit Salom. Prov. 20. 25. & 21. 29. & 28. 13. esse maledicam, odiosam & damnosam, Prov. 10. 16. & 11. 9. non obtinere remissionem peccatorum, Prov. 28. 3.

Joan. BAPTISTA: Quum vidisset multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis vobis præmonstravit, ut fugeritis a futura ira? Ferte igitur fructus convenientes respicientiæ. Et ne putate vobis dicendum apud vos ipsos, Patrem habemus Abraham: Dico enim vobis, Deum etiam posse ex lapidibus

istis excitare liberos Abrahamo. Jam vero etiam se curis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abjicitur. Matth. 3. 7. 8. 9. & 10.

Scribe quidam & Pharisæi quum sciscitarentur à Jesu, cur discipuli ejus transgredierentur traditionem seniorum, non lavantes manus suas, quum ederent panem, respondit eis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram? &c. Hypocritæ, bene de vobis propheta vit lapsas, dicens, Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorum procul abest à me. Sed frustra me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum. Matth. 15. 2. 7. & 8.

Item: Quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, tentantes rogarunt eum, ut signum è caelo ipsis ostenderet. Ipse vero respondens, dixit eis: Quando serum est dicit, dicitis, Serenitas erit: rubet enim caelum. Et mane erit tempestas: rubet enim caelum triste. Hypocritæ, faciem quidem caeli nostis discernere: signa vero temporum illorum non potestis. Gens mala & adulterina signum requirit: sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Jonæ Prophetæ. Et relictis ipsis abiit. Matth. 16. 1. 2. 3. & 4.

Idem: Pharisæis, fannis verba ejus excipientibus, eò quod essent avari, dicebat: Vos ii estis qui justificatis vos ipsos in hominum conspectu, Deus autem novit corda vestra: quia quod apud homines subtile est, abominationi est in conspectu Dei. Luc. 16. 15. Ostendit Christus, hypocritas & justitiam carnis sectatores, multis erroribus intricatos herere, atque id tum maxime testari, quando cachinnis homines avari excipiunt sententiam veram, quæ statuit pietatem sinceram & avaritiam in eodem homine esse non posse: istos item seipios justificando coram hominibus, abominationi esse cordium servatori Deo.

D. Hieronymus. Hypocritas sui sæculi vivis coloribus depingit, quos exhibebimus, quandoquidem cum novis hypocritis, quorum Europa etiamnum scater, mîcè conveniant. Vidi ego quosdam, qui postquam renuciaverat sæculo, vestimentis dumtaxat, & vocis professione, non rebus, nihil de pristina conversatione mutarunt. Res familiaris magis audita. Eadem ministeria servulorum, idem apparatus convivii. In vitro & patella, scitili auro comedunt, & inter turbas & G ex anima ministrorum nomen sibi vendicant solitarii. Qui vero pauperes sunt & tenui substantiola, videnturque sibi scitili, pompatum ferulicis similes procedunt in publicum, ut canipant exerceant facultiam. Alii sublati in altum humeris, & inta te nescio quid cornicantes, stupentibusque in terram oculis, tumentia verba trutinantur; ut si præconem addideris, putes incedere præfecturam. Sunt qui honore cellarum immoderateque jejuniis, tedio solitudinis, ac nimia lectioe, dum diebus ac noctibus auribus suis personant, vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis quam nostris monitis indigent. Plerique artibus & negotiationibus pristinis carere non possunt, mutati que nominibus institutorum, eadem exercent commercia: non victum & vestitum, quod Apostolus præcipit, sed majora quam sæculi homines emolumenta sectantes. Et prius quidem ab ædibus vendentium coerebatur rabies, nec erat impune peccatum: Nunc autem sub religionis titulo, & exortum injusta compendia, & honor hominis Jesuitici Christiani fraudem magis facit quam patitur: Quodque pudet dicere (sed necesse est ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus) publicè extendentes manus, pannis an-H rum regimini: & contra omnium opinionem plenis facultis mortuorum: divites, qui quasi pauperes viximus. Hieron. Tom. 1. Epist. ad Ruf. monachi.

Conveniant apud Antonium Eremitam fratres aliquot in Thebaide eremo, & questione simulata: Quænam virtus Christianorum hominem in officio pietatis rectè conservaret? alii alter responderunt, quique pro suo captu. Senferunt enim alii, id commode jejuniis vigiliisque fieri, alii vero nuditate & contemptu rerum externarum, alii etiam conductu ad hoc vitam solitariam, quidam etiam id per charitatis officia erga hospites fieri posse censebant: & cum dissentirent inter se opinionibus parres, respondit tandem Antonius, inquit: Omnia quidem que dixisti, nulla sunt Christianis, sed his principalis gratia tribuenda non est: idque plurimum fratum casus confirmant, qui versantes in his observationibus decepti sunt, eò quod in bono quod acceperant, modum & discretionem non tenuerunt. Constat, sine discretionis gratia & modo nullam perfecti vel stare diu virtutem posse. Addidit & exemplum Heronis lenis monachi, qui perpetuo

A tō intra cellam latavit, & magna quadam severitate animi inmutabilem jejunii continentiam exercuit, adeo etiam ut nec in die Pasche rigorem abstinentie solveret. Tandem praesumptione sua deceptus, semetipsum in profundissimum patrum praecipitavit, persuasione Satanæ, qui sese in angeli celestis formam commutaverat, eique consulerat, hanc esse voluntatem Dei, ut hoc modo suæ virtutis magnum meritum probaret, si inde illis exiret. Sed vix semivivus ex puteo cum ingenui fratrum omnium dolore extractus est, & triduo post vitam finivit: & id quod dicitur est, ita in deceptionis suæ pertinacia remansit, ut nullis verbis sibi passus sit persuadere, se Satanæ calliditate fuisse delusum. Alius quidam Monachus longo tempore, & adiecto diabolum in Angeli claritate susceperit, cum per omnes noctes in ejus cellula lumen abique illius lucernæ officio præberet. Ad extremum justit eum filium, qui cum eo pariter in eodem monasterio manebat, offerre victimam Deo, ut scilicet hoc sacrificio Abrahæ Patriarchæ meritis coequaleretur. Cujus persuasione ille seductus, hoc cepit tentare: & sacrificasset filium, nisi per occasionem puer de cella ex ejus manibus elapsus, celeriter aufugisset. *Cassian.*

Venit aliquando Constantinopolim Alexand. Patriarcha, vir gravis, & Imp. Andronico Palæologo percharus. Is cum videret, quanti Athanasium Patriarcham Constantinopolitanum Andronicus faceret, quantopere nomen ejus admiraretur, adeo ut non bene notum hominem, scenæ servieretur. D. Chrysolomo compararet: festivè admodum magniloquentiam & ostentationem ejus taxavit his verbis: Erat, inquit, tutor quidam, qui selem albam habebat, unum quotidie marem domi capientem; quæ aliquando in vas aramentofutorio plenum delapsa, tota nigra evasit. Proinde mures eam monastico habitu sumpto carnibus deinceps abstinerere velle rati, sine ullo metu vagantes coria roserunt. Illa verò tantam multitudinem conspiciatâ, capere omnes non poterat, sed duos comprehensos devoravit. Et ceteri quidem fuga sibi consulere, vehementer mirantes, quòd sumpto monastico habitu crudelior evasisset. Vereor etiam inquit, ne & Athanasius hic, jam sedem patriarchalem consecutus, priorem asperitatem posteriore delectat. *Nicéph. Greg. lib. 2.*

C. LUDOVICUS XII. Galliarum Rex: Quum Pontifex diras in ipsum evomeret: Atqui (ait rex) precandis illi non imprecandi causa Pontifex constitutus est: repetens eam laudabilem vocem sacerdotis, quæ adduci non potuit, ut Alcibiadem exeret, quem admodum testatur Plutarchus. *Arnold. Ferr. lib. 3. de reb. gestis Galliarum.*

APOPTHEGMATA CHRISTIANORUM.

Ex *Lucubratione L. Beyerlinck.*

Deduxit me scribendi astus ex salutifera humilitatis valle, ad impios subdoloque omnis nequitiæ vertices, Hypocritas: quorum conversario congregatioque, quia noxia & sterilis, ideo eos tanta diligentia & cura à nobis eliminandos, toties infirmavit Dei Filius: & luculenter quidem, pluribus concurrentibus ad audiendam eum: Attendite, dicebat ad discipulos, à sermone Pharisæorum, quod est hypocritis: ejusque naturam & conditionem alio in loco, prædictum *Matt. c. 23.* latè deduxit. Provide etiam monet Ethnicius:

D. *Cedamus patria, vivant Arturii isthic, Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertant. Luc. cap. 12.*

Quæ propter non malè sensisse dicendus est Eugenius S.R.E. Card. Percontanti enim, quosnam Ecclesiæ maximos reputaret hostes; Hypocritas, replicavit. Quid ita? illi enim falsis veri imaginibus, velut quadam Gorgone armati, cuncta evettere moliantur: quemvis interim caelum ipsum, ne corruat, humeris sustinere videantur. *Auz. dicit. Memorab. L. Beyer. in Apophth. Christian.*

Memorabilis quoque & non silenda Friderici III. Imp. vox. Audiebat dicentem quemdam è domesticis, se aliquando in ea loca perventurum, in quibus nulli forent hypocritæ; & dicebat: Ultra Sauromatias ergo, & glaciale Oceanum tibi eundem: sed neque cum eò veneris, carebit hypocritis locus; si modo & tu homo es, non Deus. Neminem inter homines reputabat, qui non aliqua sui parte fictus fucatusque sit. *En. Sylvius de Freder.*

Æquè illustre est quod sequitur. Cum post Africanam victoriam in Ænariam insulam venisset Alphonfus Arag. Rex,

audiens Antonium Picentem Ord. Eremitarum, magnum hypocritam, veniculari morbo absumptum, dixisse ferrum: Ideò Deus tantopere in hypocritas lavit, quia dum homines decipiunt, Deum ipsum tanquam secleris meditatores interpellant. Ideòque adhuc viventes ut plurimum plectuntur, ut intelligant mortales, quanta ea culpa sit, quæ Deum etiam in ipsa vita habeat indubitatum ulioem. *Panorm. de gest. & En. Sylv. de dicit. Alphonfi. Hist. Vide infra proximos extenjam.*

HYPOCRISIS EXEMPLA.

EX SACRA SCRIPTURA.

AMMON F. David, simulavit languorem, ut posset decipere Thamar, quam libidinosè amabat. *2. Reg. 13.*

Uxor Jeroboam mutato habitu venit ad Abdiam Prophetam, cui ille dixit: Quare aliam te simulas? *3. Reg. 14.*

GIEZI famulus Elisei simulavit dominium suum indigere duplici veste, pro duobus adolescentibus ex filiis prophetarum. *4. Reg. 5.*

Cum venisset Apollonius Jerosolymam, missus ab Antiocho pacem simulans, quævis ulque ad diem Sabbati: & tunc feriatis Judæis, arma fusa capere præcepit, & omnes qui ad spectaculum venerant, necidavit. *2. Mac. 5.*

Quamvis divina sapientia generaliter impium detestetur, tamen specialiter hypocritis comminatur multoties in Evangelio, dicens: Væ vobis Pharisæi, Pharisæis volentibus capere Jesum in sermone, respondit increpans eos: Quid me tentatis hypocrite? *Matt. 22.*

Archisynagogus indignans, quia Dominus Sabbato curaret, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini; & non in die Sabbati. Dominus autem illum arguit, hypocritam vocans. *Luc. 13.*

Quidam sunt, qui magna scelera perpetrant, & modica peccata devitant, excolentes culicem, & camelum glutientes: sicut Principes sacerdotum, qui magis timerunt intrare pratorum Pilati, quam nequissimè procurare crimen homicidii. *Matt. 23.*

Malam hypocritam commiserunt Ananias, & uxor ejus Sapphira, simulantes se totum agri pretium attulisse, & ad pedes Apostolorum posuisse. *Act. 5.*

Quamvis Simon magus credidisset in prædicatione Philippi, Petrus dixit ad eum: Non est tibi fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Domino. Pœnitentiam itaque age, &c. Respondens autem Simon, dixit: Pœnitentiam vos pro me. *Act. 8.*

ELYMAM magum graviter notavit Paulus de hypocritis & fallitate, dicens: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, & inimice omnis justitiæ, non desinis Domini vias pervertere rectas. *Act. 13.*

EVENTUS TRAGICI.

EX SACRIS LITTERIS.

ABALON, inquit S. *Ambrosius lib. 2. offic. c. 22.* erat Davidis Regis filius: decore insignis, egregius forma, præfrens juvenis: ita ut vir talis in litæ non reperiretur; à vestigio pedis usque ad verticem immaculatus. Is fecit sibi curus & equos & viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portam in via: & si quem adversisset regis judicium quærerent, accedebat ad eum, dicens: Ex qua civitate es tu? Respondit ille: Ex una tribu sum de tribubus Israél, servus tuus. Referebat Abalon: Verba tua bona sunt & directa, & qui te audiat, non est tibi datus à Rege. Quis constituit me judicem? Et quisquis ad me venit, cuiuscumque fuerit iudicium necessarium, iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum, extendens manus suas, apprehendebat, atque osculabatur eos. Sic convertit in se corda omnium, dum blanditiæ hujusmodi intinorant tangunt viscera sensum. Sed delicati isti & ambitiosi elegerunt honorabilia & grata ad tempus & jucunda: ubi autem parva processit dilatio, &c. Non poterunt tolerare ac sustinere, &c. Liquet igitur esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, &c. quæ sincere potius quam dolo congregantur. Ea verò que simulatione, quæ assentatione parata sunt, non posse diu perseverare.

Idem de Gabonitis in hunc modum scribit *lib. 3. offic. c. 10.* Ubique honestatis præponderat consideratio, quæ dolum excludit,

A cludit, fraudem ejicit. Unde rectè generalem David Propeta promptè sententiam, dicens: Non fecit proximo suo malum. Non solum itaque in contractibus, sed etiam generaliter in omnibus dolus abesse debet: aperienda simplicitas, intimanda veritas est. Veretur autem istam de dolo non Jurisperitorum formulam, sed Patriarcharum sententiam, Scriptura divina evidenter expressit in libro testamenti veteris, qui Jesu Nave inscribitur. Nam cum exisset fama per populos, sicutum esse mare in Hebraeorum transitu, &c. corruisse muros Jericho, &c. Gabonitæ metuentes validam venerunt, cum versuta simulantes se de terra longinqua esse, diuque peregrinatos diripiisse calciamenta, detrivisse amictus vestium; quare vetera centium indicia monstrantur. Causam autem tanti laboris, emerendæ pacis & inunde hæbreis esse amicitia cupiditatem; & ceperunt à Jesu Nave poscere, secum firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorum, atque incolarum incensus, non cognovit fraudes eorum, neque Dominum interrogavit, sed cito credidit. Adèd facta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur, &c. Hoc est, innocentem esse, ignoreare quod noceat: & si circumscriptur ab aliquo, de omnibus tamen bene judicet, qui fidem esse in omnibus arbitrat. Hæc igitur mentis suæ devotione inclinatus ut crederet, testamentum dispoisit, pacem dedit, confirmavit societatem.

Sed ubi in terras eorum ventum est, deprehensa fraude, quòd cum essent finitimi, advenas esse simulaverant, circumscriptum se populus partum indignare cepit. Jeus tamen pacem quam dederat, revocandum non censuit, quia firmata erat Sacramenti religio: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret. Multavim tamen eos vilioris obsequii ministerii. Clementer sententia, sed diuturnior. Manet enim officis pœna veteris astutia hereditario in hunc diem ministerio deputata.

DE ANANIA & SAPHIRA, ita iterum *Ambrosius*. Regula, inquit, justitia manifesta est, quòd à vero declinare virum non deceat bonum, nec damno injusto afficere quenquam, nec doli aliquid annexere, fraudivè componere. Quid evidenter eo, quod Ananias, quia fraudavit de pretio agrifusi, quem ipse vendiderat, & portionem pretii tanquam summæ totius numerum ante pedes posuit Apostolorum, sicut reus fraudis interit: Licuit utique illi nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset: sed quia fraudem admiscuit, non liberalitatis gratiam reportavit, sed fallaciæ pœnam exsolvit.

HISTORICA.

LEONE magno imperante, Euthymius, vir moderatus, & moribus perquam simplex, floruit. De quo historiz illud memorant: Quum Monachus quidam moreretur, qui egregiam virtutis & castitatis famam obtineret, impudicus autem proflivus esset, sanctum hunc virum, angelum horrenda specie, tridente gravi animam illius, crudelè in modum, & corpore extrahentem vidisse: & vocem simul ecclitium, occulta turpitudinis facinora aperte revelantem, audivisse. *Nicéphor. lib. 14. bistor. Eccl. cap. 52.*

Huic simile est, quod scriptis mandavit *Dionys Gregorius lib. 4. Dial.* Est etiam apud nos, inquit, Athanasius filius dilectus, qui in diebus suis Iconii rem terribilem narrat evenisse. Ibi namque, ut ait, quoddam monasterium Tongalaton dicitur; in quo quidam monachus magnæ assiduitatis habebatur, bonis quippe cernebatur moribus, atque in omni actione sua compositus; sed sicu ex fine res patuit, longè aliter, quam apparebat, fuit. Nam cum jejunare se cum fratribus demonstraret, occultè manducate confueverat. Quod ejus vitium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superveniente molestia, ad vitam extrema perductus est. Qui cum jam esset in fine, fratres ad se omnes, qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi, tali, ut putabant, viro moriente, magnam quid ac delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ille affectus & tremens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur exire: Nam dixit: Quando me vobiscum credebatis jejunare, occultè comedebam; & ecce nunc ad devorandum draconem traditus sum, qui cauda sua mea gentia pedesque colligavit; caput verò suum intra meum os mittens, spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis, sta-

tim defunctus est: atque ut pœnitendo libertari potuisset, à E dracone, quem viderat, expectatus est. *Gregor. lib. 4. Dial. cap. 38.*

In historia Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut habet *Bernardus Luxemburgus*, legitur, in Episcopatu Brixienfi Vitum quendam fuisse tanta sanctitate & vitæ puritate præditum, ut plerisque videbatur, ut alter Joannes Baptista ab illis haberetur: Adèd quidem ut ejus nominis fama & celebritate plerique homines ejus provincie allecti, ad eum velut ad sanctum Dei hominem gregatim confluerent; qui tamen heretica pravitate infectus erat: sed qua hæresi, & quo tempore id acciderit, subicit Bernardus. Cum autem ille vita functus, & honorificè sepultura demandatus esset, post aliquod tempus, fidei Inquisitor per testes fideles examine diligentè peracto, reperit illum fuisse hæreticum: ideoque de consilio Episcopi & aliorum prudentium virorum, sanctum est, ut ejus cada-ver effoderetur, & ossa in igni cremarentur. Populo itaque circumstante, ejus ossa in ignem conjecta sunt; quæ mox demones ex eodem igne in aërem attolentes, ea suspensa super ignem tenebant; non tamen illi videbantur. Ex quo effectum, ut populus exclamaret, Episcopum cum suis esse necandum, qui invidia sanctum Dei virum exire præsumpserunt, id Deo nolente, neque permitte. Quare exterritum Episcopum sui bono animo esse deprecari sunt, in hæc verba prompentes: Domine Episcopo, ne ulla te frangaris, quæsumus, quandoquidem hic pro fidei tuitione adsumus: sed ad sacrum faciendum te potius præpara, visuri experientia ipsa, num Deus aliquod miraculum super hac re exhibiturus sit, ne fides in discrimen veniat ac periclitetur. Missa ea fuit de beata Virgine: cumque Corpus Dominicum sursum ab Episcopo levaretur, demones in aere exclamare auditi sunt, hunc in modum: O Guido de Lacha, te hucusque, quantum potuimus, defendimus; sed amplius non possumus, quia major nobis adest: moxque in ignem ossa ceciderunt, & combusta sunt, & fides ab omnibus exaltata. Ex quo diaboli dolus facili negotio perpendi potest, qui hæreticum hominem vita sanctum defendit, quo plures animas decipiat. *Gabr. Præteolus ex Bern. Luxemburg. in Catal. heretic.*

Id *Dioscori* Episcopi Alexandrini demonstrat exemplo, qui ipse, æquè ac Nestorius, superinducta admirandæ sanctitudinis larva, adeptus est tantæ Ecclesiæ sedem, cum ipse præ se ferens humilitatis atque modestiæ, intus tamen superbiam cum summa arrogantia occultaret. Nihil enim magis Dei Ecclesiæ obfusivè reperitur, quam cum sub involucro sanctitatis, iniquitas tegitur, & impietas horrenda viti furo religionis picta progreditur, fallens oculos intuentium. Facile namque est cavere, quos manifestos intelligas hostes: occultos autem quis effugiet? Hinc in Job: Quis revelabit faciem indumenti ejus? Poras vultus ejus quis aperiet? Ita planè Dioscorus, cum esset facinorosissimus, sanctissimus tamen videri voluit: etenim in libellis adversus eum datis in Concilio Calcedonensi, fuisse quidem ipse Origenista, insuper & Arianus, perfidus, homicida, & incendiarius, vitæque turpissimus, detectus est: qui etiam ad conciliandum sibi populum universum, simul ac ad thronum evectus est, opprimens Cyrilli prædecessoris sui hæredes, & per calumnias multas ab eis auferens pecunias, inquit Liberratus Diaconus, pistioribus & cauponibus civitatis dedit, ut mundissimum panem & pretiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent. *Ex Leone Epist. 8. Baron. rom. 6. an. 444.*

Circa ann. Dom. 399. quidam pauperes studentes Ephiphanium Cypriorum Episcopum arte deludere, ut sibi aliquid daret. Cum iter ageret, unus eorum supinum se prostravit in terram: alter stabat quasi mortuum destitens, nec habens unde eum sepelire potuisset. Epiphanius superveniens oravit, ut sub quiete dormiret: & sepultura necessaria præbuit, simulque consolatus eum flentem, dicens: Quiesce, fili, à lacrymis: non enim stetu resuscitari poterit: est enim inevitabile quod evenit. Cumque discessisset Epiphanius, capit ille pulsare socium, ut relingeret. Et cum hoc semel & secundo fecisset, dicens: Surge, ut hodie de tuis laboribus epulemur; & ille penitus non sentiret, cognoscens verè mortuum, cucurrit ad Epiphaniam flens, & petens, ut suum socium suscitaret. Ad ille consolatus est, ne graviter ferret quod evenisset. Non tamen defunctum denuò suscitavit. Hoc enim credo provide factum, ut non facillè Dei ministri deludantur. *Trip. bistor. lib. 9. cap. 48.*

Narrat memorabilem imposturam cujusdam *Ph. Camerac. Cen. 3.*

A *Con. 3. hor. succif. c. 26.* qui ingeniosa hypocrisis affectabat miraculorum jejunium Moysis & Salvatoris nostri dierum xi. ut sancti nomen acquireret. Cum enim esset Rex Alphonfus in Ænaria insula, tenueruntur ei est; Antonium quendam Eremitam, post mortem nobilitatem hypocrisis, inter summos cruciatos animam exhalasse, iactando plurima in Christum, & virginem ejus matrem, convicia & blasphemias. Hic fuit ille Antonius, qui xi. dies & noctes perpetuo jejunare ferrebat, & Italiam, Siciliam atque Hispaniam compleverat nomine sanctitatis & abstinentie: plumbis locis cella preclusus, & a custodibus observatus, nihil edens, aut bibens, quoniam in prævisa ac prætentata cella, in qua nihil, quod observare liceret, inesse videbatur. Ceterum Angelos ei quotidie famulari solitos opinabantur. At ipsi intus in cella erant candela crassiores, exterius quidem ceteræ, sed in quibusdam fistulæ cannarum includebantur farina in farinæ, quæ ex contritis phasianorum ac caponum carnibus, saccharo, ac aromatibus immixtis, condebantur. Ajunt & cingulum gestasse fistulatum, plenum nectare, quod hypocrisicum vocant. His epulis clanculum vesciebatur vir habitus sanctus, & mortalium omnium, qui unquam fuerunt, aut essent, vulgi opinione, sanctissimus. Rex audiens istum vermiculis, acerbissimo genere mortis, assumptum, dixisse fertur: propterea Deum in hypocrisis tantopere laevare, quod, dum homines decipiunt, interponunt Deum ipsum, tanquam sceleris mediatorum. Ideoque ut plurimum viventes adhuc plecti in oculis hominum, quos Dei nomine secessissent, ut intelligant mortales, à tali monstro maxime sibi cavendum esse, quod Deum ipsum, nedum post mortem, sed etiam in vita ipsa habere in dubitatum ultorem. Hanc historiam refert ex Antonio Panormitano, *Simon Goulartius in locis communibus Apathygenatum*, quam, ut grata lectoribus esset varietas, integram inserere volui.

Impositor quidam celestissimus, ex Patro insula oriundus, in manifestum criminum reus (patrem enim suum necaverat, & amore puerorum turpiter infamatus erat) patrium solum vertens, penæ timore perterritus, in regionem in qua minus cognitus esset, proficisci in animum induxit. Sed quo (rebus suis ad incitas redactis) omnia ad vitæ usum sibi suppeditarentur abundè, prospiciens lustranque mente universum terrarum orbem, cum nulla sibi gens viâ esset, quæ alios libenter ad se venientes susciperet, & peregrinos benevolentia proferebat officii, quos præsertim suæ esse sciret religionis homines, nec aliam miserabilis quasque personas, perinde ac Christianos, mox ad eos proficiscendi consilium inivit. Ad hos cum pervenisset (peregrini specie & habitu, quamvis animo vulpino ac subdolo) eos conveniens, se Christianæ religionis cupidissimum dissimulavit. Quid plura? dedit nomen, initiatur baptismate, ad eumque loci gradum provectus est tandem, ut proficeretur inter Prophetas ac ceteros rerum facturum principes, quippe qui se & magistrum, qui alios fidem Christianam doceret, ac sacros libros interpretaretur, necnon & alios se consecratos legendos traderet. Ac ne quid sibi desesse videretur, quod ad culmen Apostolicæ perfectionis spectare nosset, operatus est, ut pietatis causa detruderetur in carcerem ubi velut novus Paulus vinculis gloriose sua vincula ostentaret. Sed eo consilio hæc omnia faciebat, ut ex oblationibus Christianorum spontè ac largiter dantium ingentem pecuniæ vim ea arte corradere; qui cum in his præstantibus officiis illi munificentissimi haberentur, quæ non profudissent ejus causa, quem nondum sibi perspectum, velut Apostolum alterum jam haberet. Cum primum eum ad carcere liberaret, & nulli parcentes impensæ redimere conati essent, nec voti compotes facti, hæc cum quasi quotidie proferebantur ac fovebant officiis & colebant obsequiis: Mane illic videre erat juxta carcerem prætolantes anus, viduas quaspiam, & orbos puerulos, illorum enim pars etiam una intus cum illo somnum capiebant, corruptis pecunia custodibus: exinde omnis generis cœnæ inferebantur variæ, & sacri inter se sermones dicebantur. Quin etiam in Asia prætaque urbes fuisse constat, ex quibus venerunt quidam latru auxilium, Christianis mittentibus ex publico, neque non collocuturi & virum consolatur. Multæ ei ab illis mittebantur opes sub vincolorum pretextu, nec vulgarem rerum proventum heri faciebat. Etenim haud dubitanter sibi persuaserunt, se omnino immortalitate potuitos perpetuèque victuros esse, quamobrem (ait Lucianus) & mortem magno contentum animo, ac non pauci sua sponte semetipsos occidendo offerunt. Denique primus illorum quoque legislator

(Christus) eorum persuasit animos, quemadmodum inter se omnes fratres essent. Tandem peregrinus à Syriæ præsidè dimissus, prædam nactus & auro suffarctatus, in patriam rediit. Post alias autem peregrinationes nova arte immortalem sibi gloriam paraturus, revera tamen scelera inuorum supplicium liturus, in Olympis solemni pompa se dedit incendio exurendum. Cujus rei gesta qui prærens vidit, hystoriam ipse Lucianus conscripsit. *Baron. ann. Chr. 75.*

Anno Christi 401. Cum Gazæ Martion delubrum à Christianis combureretur, erat illic quidam, ait *M. Diacon.* ex præfectis militariis, quos vocant Tribunus Indolatriæ, licet se simularet Christianum: hic cum videret directionem que fiebat à militibus, sub pretextu quod curaret, ut servarent ordinem, flagellis crudeliter cadebat, quem inveniebant ferentem aliquod spoliū. Cum hæc fierent & ab igne corrupti essent parietes, repente lignum ardens cecidit in Tribunal, & ei duplicem attulit mortem; perfracto enim capite ejus usit reliquum corpus, & statim Christiani glorificaverunt Deum & dixerunt, *Psal. 51.* Quid gloriaris in malitia, &c.

Delius disq. mag. lib. 3. p. 1. quæst. 2. In Hispania quadam urbe, ait, magni nominis Concionator, qui cum alius prædicaret, ipse reprobus vel factus, vel permissus, familiaris erat cuidam viro nobili, cui formosula uxor, sed casta matrona: hanc cepit hircus ille afflicti deperire, nec dia ignem sine fovit occultum, aperit animum, & mulieris flagitium nititur luadere: illa certa tendæ castitas, sedulo conatur ad saniorum mentem reducere à dementia. Sed erat oleum camino addere: ut naphiam accensam vehementius aqua injecta exasperat, ut gliscat incendium, sic admonitiones hunc ultro inflamabant. Nec desit urgere, donec pericula molestarum, flammæ ulcisci nebulentem, rem totam pandit marito, quem non minus quam Atreidas talis dolor urebat. Ejus iusta uxor tempus addicit: venit non optata malè amanti. Marium cum aliquot famulis egregie armatus erat in propinquo conclavi, familiarem hunc haud familiariter expecturus: operiebatur adventum matrona. Tandem en tibi seculari habitu accinctum gladio & pignone, deducentem illam audacter subiequitur, & postquam confidisset, veterem cantilenam iterat: mulier refutat, & negat, ut solita. Fecerat audacior tenebræ nocturnæ merchum, & vim parat: vis vi repellitur: tandem verita mulier, exclamat, & conditum marito signum contenta voce tollit. Sardo (quod ajunt) fabulam, nec maritus, nec quicquam accurrit. Quid ageret? fugeret: tenebatur brachii fortioribus: consentiret: motis probro & peccato potior honestati: unguis ergo & dentes, arma stringit muliebria, & faciem deformat; sed per furor hæc ille vix sentiebat. Gladium deposuerat, dorso pugniculus hærebat: ut advertit matrona, inter lucandum eum eripit à tergo, & stricto mucrone perforat advenarium, & vita privat. Collabitur cadaver, vixit vix sui compos adcurrit conclave, ubi maritum abdidit: invenit illum & famulos omnes mortuis quam vivis similiores, clamat, vellicat, trahit, nihil non agit ut expergeficiat: ad illi consopiti manebant. Suspicata (quod erat) maleficio id fieri, & videns sibi in seipsa spes omnes locatas, cadaver domo effert, & in plateam abjicit cum gladio & cruento pignone: interea dum ibi jacet, circuitores nocturni in cadaver incidunt, ferunt in carcerem: facie lota, est non faciliè, tamen agnoscitur concionator. Prætor seu (ut vocant) corrigidor, prudentia pollebat, silentio imperato præsentibus, summo mane adit cœnobium; evocat Priorem, ait se de re maximi momenti cum ipso coram tota familia agere optare, jubet omnes ad unum in capituli locum convenire: facit Prior, convenere vivimones, nam mortuus ille solus deerat. Prætor ait, videri sibi aliquem deesse: re animadverfa Prior, Verè, inquam, omnes adfunt, excepto tali, (& nominabat) qui fors nunc se ad proximam parer concionem: ipse quoque lubidè, ille vocatur, mora haud in longum futura: curant nonnulli vocent: cubiculo clauso pulant ostium, nemo respondet: it ergo cum Priore ipse Prætor, & januam vi relebant: nemo erat in cella, duntaxat fax ardens, & obscurum lucens, defixa erat in camino. Mirati omnes, & stupuerunt. Tum Prætor Priori & conventui narrat, ubi & quale inventum cadaver: & dum illud auferunt à carcere, ut prophanæ sepultura (quam S. Scrip. asini sepulturam vocat) merito tradatur, ecce tibi nobilis ille cum uxore rem omnem narrat: conferuntur momenta temporis, reperitur evigilasse, quo fax extincta. Sic & perfidia hypocritæ, derelatione omnium, & mulieris casti-

tas atque fortitudo laudibus totius vicinæ celebrata, non facile est illic habitantium memoria delebitur. *Mat. Tympius in Theatro vindicte divina.*

Doctorem quendam Lutecia Parisorum ferebat in oculis, amabat, colebat, observabat. Hic cum in gravem morbum incidisset, & à medicis omnia tentantibus relevari non potuisset, sacris omnibus procuratis excessisse vitæ. Quam esset omnibus charus, ipsa supremi diei celebrata indicavit: nam ad eius exequias honestandas omnium ordinum homines conveniant; quibus finis proferentibus, mortui corpus in templam illatum est, in quo erat effossa jam & aperta sepultura. Cum autem sacri homines funebres hymnos Ecclesiarum more atque vigiliis concinerent, & preces illas quas defunctorum vigilias appellamus, a seculis numeris ac modulis decantarent, cantore ad illa verba ex Job libro sumpta; Responde mihi, pervenisset; mortuus caput extulit, & ex feretro ipse eundis & audientibus & obstupescens ita est locutus: Justo Dei iudicio acculatus sum: quæ tibi dixit, caput in lecto repositus. Hac mortui audita voce, omnes qui aderant, mente & totis artibus contremuerunt, sepulturaque honorem caute præstiterunt in proximam lucem distulerunt; quorum enim monstra illa erupna essent, videre cupiebant. Postero die cum multo plures rei inaudita fama commoti ad spectaculum concurrissent, repetitique exequiis cantore eadem illa verba: Responde mihi, tandem pronunciasset, mortuus caput item atollens, iudicatum se esse clamavit; qua finita voce, in funebri pulvino reledit. Nemo non cohorrescit, admiratur, stupet; sed quia nondum satis explicata res erat, omnium consensu tertia expectata vox est, quæ ambiguitatem tolleret, quæque damnatus ne an abolutus esset, ostenderet. Die tertio cum dimidiatis similiter exequiis ad illud lugubre carmen, cuius principium est: Responde mihi, ventum esset, mortuus voce contenta; Justo Dei iudicio condemnatus sum; qua voce audita qui aderant horrescentes, mutarunt præconceptam de probitate hominis mentem, cum qua horribile mortis genus minime congruere videbatur. Ergo omnes perterrefacti sibi metuere, solitudines cogitare, Deum inclamare, deliberare, ambigere, & hæsitare incipiunt. Mortuus ex templo & sacris illis adibus, quæstrina illa voce fungens, extractus sine cantu, sine pompa, sine imaginibus inhumatus projectus; nec enim fas erat illius mortem honorari, cuius vita esset condemnata. Apparuit, non ita animo ac vita constitutum esse Doctorem illum, ut ratio postularat, quam erat immortalis Deo redditorus: Discipulum non legem vitæ, sed ostentationem scientiæ putavisse, neque alios in mentem sibi obtemperasse, & suis decessis paruisse. Nam appensus in statera, inventus est minus habens. Hoc inauditum horribileque portentum, ac visum metuendum, sancto Brunoni qui rem spectarat, causam attulit Carthuzæ fundanda, quæ jam annos quingentes unis moribus & iustem legibus vivit, nihilque de prima asperitate detraxit, sed talis persistit & permanet qualem Bruno constituit. *Mat. Tympius in Theatro vindicte divina.*

Vide Locum de Impietate, Tit. Impietatis Accidit, §. Hypocrisis. Item Locum Impostorum.

HIEROGLYPHICA.

Eucherius Struentionem Hypocritæ facit hieroglyphicam, & dictum de Hypocritis ab *Esaia*: Erit cubile draconum, & pascua struentionum: parit fœtidam ova struionu, neque illa incubatu fovet, neque pullos nutrit. Illa hypocrita, quamvis rectè alios admoeat, & rectè faciendi viam addoccat: nulli tamen filios pro ulium benè actæ vitæ exemplum generat. *Pier. Valer. lib. 25.*

Nocturnum divinæ litteræ mensis inferre non permittunt, quoddam hominum genus hieroglyphicè inuenues, qui palam strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas movent: sic hypocritæ tristes omnem manufactudinis, modestiæ, benignitatis colorem præferunt; clam verò fornicationis, immunditatis, crapulas, ebrietates, & multa humani generis opprobria consecantur. *P. Val. 20.*

* Hypotheca,

QUID SIT, EJUSQUE USURPATIO.

Hypotheca definitur, res quæ absque traditione, nuda conventionione continetur, ac plerumque rei immobilis; unde volunt à pignore distingui, quod illud rei sit mobilis, quæ traditur creditori. Quamvis hæc nomina in Jure confundantur, ut patet *Institut. de allionibus, §. Item Serviana.*

Usurpatur tamen tripliciter. Primò, pro re ipsa: & sic pignus seu hypotheca dicitur res aliqua mobilis vel immobilis, corporalis vel incorporalis, de qua inter creditorem & debitorem convenit, ut sit pro debito obligata; ita ut si debitor non solverit, possit creditor ex ea solutionem petere.

Secundò, pro contractu, seu conventionione illa, qua pignus constituitur.

Tertiò, pro oblatione, quæ ex contractu in re nascitur. Simili modo mutuum, commodatum, depositum usurpant pro re ipsa, pro contractu, & pro obligatione ex contractu orta.

MODI HYPOTHECAM CONTRAHENDI.

Generatim dupliciter notant Doctores contrahi hypothecam. Primò expressè: Secundò tacitè. Expressè autem contrahitur dupliciter.

Primò, conventionione partium; hæc vocatur hypotheca conventionalis; ad hanc solum opus est partium consensu, nec requiritur præsentia rei, aut traditio, ut patet *Libro 1. ff. de pignore. De hac vide multa apud Neguliantium in tractat. de pignore, part. 3. membro 1.*

Secundò, decreto Judicis; hæc vocatur pignus prætorium: ad hoc autem requiritur, ut quis mittatur in possessionem seu detentionem rei auctoritate Judicis vel Magistratus; ut patet *L. Non est mirum 26. ff. de pignor. act.*

Tacitè contrahitur, quando legis dispositione constituta est; id autem jure communi fit multis casibus, quos enumerat *Sylv. V. Pignus, qu. 2. & Molina disp. 526. & Anton. Neguliantius, par. 2. membro 4.*

Primò, quatione contractus vel tributi nomine aliquid debet fisco seu Principi, ejus omnia bona sunt illi tacitè hypothecata. *Neguliantius num. 113.* Excipiunt minor, qui si fisco aliquid emerit, sola res emptæ manet hypothecata pro pretio: quando autem ratione criminis bona ipso facto sunt confiscata, non censentur hypothecata, sed debita fisco, si postea feratur sententia.

Secundò, bona omnia mariti, sunt hypothecata uxori pro dote. Idem dicendum de bonis fidejussorum, si aliqui pro dote restituenda fidejussores à marito sint dati. Hæc hypotheca & fisci habent privilegium prælationis, ut aliis tacitis hypothecis tempore prioribus simili privilegio non instructis præferantur: non tamen expressis prioribus. *Neguliant. num. 108.*

Tertiò, qui dotem promisit, ejus bona manent hypothecata; donec solverit.

Quartò, bona tutoris & curatoris sunt hypothecata minori pro administratione. *Neguliant. num. 6.*

Quintò, bona Prælati, & administratoris Ecclesiæ, pro administratione: quia Ecclesia fruatur privilegio pupilli. *Neguliant. num. 120.*

Sextò, bona patris administrantis adventitia filii, sunt tacitè hypothecata filio pro administratione. *num. 23.*

Septimò, bona eorum qui administrant res civitatum, pro administratione: quia civitas fruatur privilegio pupilli. *num. 119.*

Octavò, omnia bona defuncti sunt hypothecata pro Legatis. *Idem num. 57.*

Nonò, si uxori aliquid à marito, vel intuitu mariti donatum est, mortuo marito, id pertinet ad liberos communes: Quod si mulier illa transeat ad secundas nuptias, omnia ejus bona quæ à tempore donationis accesserunt, manent liberis prioribus oppignerata pro illa re. Idem dicendum, si marito aliquid donatum sit pro uxore, vel uxoris intuitu. *Idem num. 20. & 22.*

Decimò, emptum pecunia pupilli, manet ei hypothecatum pro pretio; idque cum privilegio prælationis ante omnes alios habentes in ea re hypothecam. Idem dicendum de empto pecunia militis. *num. 63. 164.*

Unde-

A Undecimò, fructus rei conductæ sunt hypothecati domino fundi pro pensione. *num. 150.*
 Duodecimò, Invecta in prædium conductum sunt obligata domino prædii pro pensione solvenda, & pro damnis rei conductæ illatis; si prædium sit urbanum, si rusticum: si tamen prædium rusticum sit, debent esse illata, domino sciente; si enim ipso ignorante illata sint, non sunt ipsi obligata. *num. 18. & seq.*
 Decimotertio, ædificium, ad quod restituendum vel reparandum pecunia mutuo data est, manet hypothecatum pro illa pecunia, cum jure prælationis ante alias hypothecas etiam expressas & priores, in eodem ædificio constitutas: Excipit tamen hypothecam uxoris pro dote, quæ si prior fuerit, præfertur. *num. 162.*
 Decimoquarto, navis, ad quam extruendam, emendam, ornandam, vel rebus necessariis extruendam, pecunia est mutua, manet obligata pro ea pecunia, sicut de ædificio dictum est. *num. 162.*
 Decimoquinto, omnis res, ad cujus conservationem pecu-

nia mutuo data est, manet obligata pro ea pecunia; idque præ aliis habentibus in ea priorem hypothecam: ut si quis dedit pro reficienda navi, vel ædificio, vel pro nautis necessariis ad illam salvandam. Item si solvit pretium vecturæ mercium; si mercedem comitantem eas deducenti, &c. *Vide plura apud Molinam disputat. 438. & 536. & Anton. Negusant. Tractat. de Pignore.*
 Utraque hypotheca, id est, tacita, & expressa, est duplex, alia enim est universalis, alia particularis. Universalis est, in qua omnia bona obligantur; quod intellige non solum de præsentibus, sed de futuris, quæ pro tempore habuerit; ut patet *L. fin. C. Quæ res pign. obligari possunt.* Hæc tamen non im-
 L. fin. C. Quæ res possunt liberè vendi; quia in loco earum succedit pretium. Particularis est, quando res certa obligatur: hæc semper afficit rem, ad quemcunque perveniat, donec debitum fuerit solutum, vel obligatio condonata vel præscriptione extincta.

¶ Plura ad hunc Locum referri possunt ex Loco de Pignore.

FINIS LITTERÆ H.



THEATRUM
 VITÆ HUMANÆ,
 AUCTORE
 LAURENTIO BEYERLINCK,
 ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
 Litteras I. & K.

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
 isdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

A Jactantia.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

JACTANTIA, Græcè *υπερηγορία, υπερηγορία*, unde Aristoteli *επαλαση*, jactator dicitur. Est autem jactantia, inanis de se & stulta prædicatio. *Vel sic:* Jactantia est, per quam primario quis se extollit supra id, quod in se est: secundario autem supra id, quod de eo alii opinantur, *secund. B. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3.*
 Jactatio est voluptas gestiens, & se efficiens insolentius. *secund. Cic. lib. 4. Tus. quest.*
 Jactate, unde jactantia & jactator veniunt, proprie est frequenter jactare: *Seneca: Dum lapillos jactaret in puerum.* Aliquando, volvere: *Virgil. Atque illum tales jactantem pedere curas.* Nonnunquam pro fatigare, concutere, vexare, affligere: *Virg. Jactatos equore toto Troas reliquias Danaum, atque inermis Achil.* Et licet Servius dicat, hoc interesse inter jactari & fatigari, quod jactatur mari, fatigatur teris: Virgiliano tamen exemplo satis apparet, ridiculam esse hujusmodi differentiam, cum dicat *Virg. Terris jactantibus & alto.*
 Jactantia, Hebr. *gaon & Gaavab*, elatio, arrogantia, superbia, excellentia: quum quis excellit in oculis suis, & eximius coram aliis vult videri, quemadmodum quæ jactat & effundit verba testantur, sibi plus quam par est tribuens: à verbo *Gaav*, gloriatus est, elatus est, emittit, excellit. De Deo dictum, semper in optimam partem sumitur. De homine, distindtum est adhibenda. Pili in Deo gloriatur, & ejusdem beneficentiam abundè prædicant: impii vano gaudio tumidi seipso tollunt in altum, ut lapsi graviore ruant.
 Est autem jactantia, juxta *Aristot.* pejor quam Ironia, quia ex causa turpiori procedit, nempe cupiditate vanæ gloriæ, vel lucri. Et quamvis regulariter tantum sit peccatum veniale, tamen potest fieri mortale, si fiat cum injuria Dei, aut proximi, aut de opere quod est morale peccatum, vel ex motivo aliquo mortifero, de quibus legatur *Cajetanus quest. 112. art. 2. ex D. Thoma.*

* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

GAAL filius Obed, dicebat locis: *Quis est Abimelech, & Equæ est Sichem, ut serviamus ei: Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferam, &c. Judic. 9.*
 SAMSON leonem manibus inermis laceravit, nec tamen tantam probitatem indicare voluit. *Judic. 14.*
 GOLIATH Philisthæus exprobravit exercitui Israel, ut aliquis veniret cum eo ad singulare certamen: & in ipso duello turpiter cecidit. *1. Reg. 17.*
 ADONIAS filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Sed parùm duravit regnum ejus. *3. Reg. 1.*
 BENADAD Rex Syriæ, misit nuntios regi Israel, & ait: *Hoc faciant mihi dñi, & hoc addant, si fuisse pulvis Samarie pugillis omnis populi, qui sequitur me: sed pulchre responsum est ei, Ne gloriatur accinctus æquè ut discinctus, &c. 3. Reg. 20.*
 Grandia verba & superba dixit Rapaces ex parte Regis Assyriorum, dicens: *Nunquid liberaverunt dñi gentium terram suam de manu regis Assyriorum? &c. 4. Reg. 18.*
 HOLOFERNES dixit Achior: *Cum perculserimus omnes quasi hominem unum, tunc etiam ipse cum illis Assyriorum gladio interibis. Judith. 6.*
 AMAN invitatus ad convivium Esther, vocavit amicos & uxorem suam, & exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum & filiorum, & quando apud reginam solus cum rege pranderet debebat. Sed nota, quod suspensus fuit in crastino, in eadem trabe quam paraverat Mardocheus. *Esther. 7.*
 ELIV dixit multa verba jactantiæ. *Job. 32.* Ostendam vobis sapientiam meam.
 Aperuit Isajas verba regis Assyriorum: *In fortitudine manus mee feci, & sapientia mea intellexi, &c. Non fuit qui moveret pennam, & aperiret os suum, & ganniret, &c. Isajas 10.*
 De Nabuchodonosor intelligitur ad litteram illud Isajæ: *Dicebat in corde suo, In caelum conscendam, supra astra Dei exaltabo solum meum, & similis ero Altissimo. Isajas 14.*
 Per Hieremiam dicitur de Moab: *Sublimitatem ejus & arrogantiam ejus: quod non sit juxta eam ejus virtus, &c. Jerem. 48.*
 NABUCHODONOSOR rex Babylonis dixit tribus locis Danielis, qui noluerunt statuum ejus adorare: *Quis est Deus*